

**6937. 6938** [= 6272] antea Resinae ante coenobium Augustinianorum ad Herculaneum antiquum; nunc Neapoli in museo.

6937 ab una parte: 6938 ab altera litteris inversis:

DN · IMP · CAES ·	D N IMP
M · AVRELI · VALERI ·	FL VAL CONSTAN
MAXENTI · INVICTI ·	TINO
AVG	AVGASTO sic
5 VI	

Descripsi et recognovi. Maxentii titulum ed. Pococke p. 72 n. 1 (cf. eius *Beschreibung des Morgenlandes* vol. III p. 288); utrumque Rosini diss. isag. p. 27 tab. I n. 1 aere incisum et Fiorelli cat. n. 1509.

Quae in altero titulo v. 1. 2 dantur inclinati, iam perierunt lapidis margine effracto.

**6939** columna miliaria ex lapide Tiburtino, alta met. 1.70, diam. metr. 0.57, rep. a. 1879. *Castellamare di Stabia* prope aedem cathedralis.

XI  
 IMP · CAESAR  
 D IV I · TRAIAni  
 PARTHICI f  
 5 D IV I · NERVAe n  
 TRAIAnVs  
 HADRIANVS  
 AVGSTVS  
 PONTIF MAXIMVS  
 10 TRIB · POT · V · COS · III p. C. 121  
 FECIT

Rispoli apud Fiorellum *Not. degli scavi* 1879 p. 226; Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 124.  
 4 PARTHIC*f* Rossi.

**6940** [= 6273] columna adhuc inserta aedificio aetatis Romanae, sed nequaquam prostans loco antiquo. Rep. a. 1744 Neapoli, dum aedes e regione ecclesiae S. Cosmae et Damiani reficiuntur PRATILLI. *Nel palazzo de' sig. Amendola nell' atrio della chiesa de' SS. Cosma e Damiano* (oppido non enuntiato) GORI. Adhuc ibidem in aedibus Finizio, hodie principis della Conca in via S. Chiara a' Banchi nuovi.

IMP CAESAR  
 D IV I TRAIANI  
 PARTHICI f  
 DIVI NERVAE N  
 5 TRAIANVS  
 HADRIANVS  
 AVGSTVS  
 PONTIF MAXIM  
 TRIB POT V COS III p. C. 121  
 10 FECIT

Descripsi ego, recognovit Duhnius. Pratilli p. 203. 444 accurate; Anonymus apud Gorium cod. Maruc. A 245; Gervasio *iscr. di Nap.* p. 43.

Huc rettulimus propter similitudinem n. 6939. Numerus nullus cernitur in columna hac superne integra.

## VII. CAPVA CVMAS, PVTEOLOS, NEAPOLIM.

A Capua viae tres exibant, una Cumas, altera Puteolos, inter quas interiectus erat campus Laboriarum (v. p. 183), tertia per Atellanum Neapolim, quam pingit Peutingerana (v. p. 58 n. V et p. 174). Unicuique earum aptus est lapis IIII n. 6943/5 repertus Aversae; contra cum Capua Neapolim numerentur m. p. XVIII totidemque fere milibus Capua absit tam a Cumis quam a Puteolis, parum appetet quo pertineat

lapis n. 6947 repertus item Aversae numero XVIII. Praeterea huc rettuli miliarium IIII 6941 repertum Capuae, quoniam hoc certe constat non stetisse in via Roma Capuam, quippe cuius milia non a Capua numerentur, itaque cum reliquis incertis Campanis (n. 6877—6880) contribui non potuit.

**6941** columna miliaria. Capuae antea in vico S. Benedicti, nunc in museo Campano.

IMP  
 DN FL IVLIO  
 // / / / / N I O  
 // / / / N O R O  
 5 // / / / T O  
 CONSTANTIO ET  
 MAXIMIANO  
 // / / / S S  
 IIII

Descripsi ut potui titulum lectu difficillimum. Quae dantur inclinati postea scripta sunt in litura.

Prior inscriptio pertinuit ad Diocletianum et Maximianum Augustos et Constantium et Galerium Caesares. Augstorum nominibus sublatis inscriptus est imperator posterior, Constantius II opinor.

**6942** in quodam tereti lapide AVGST.; in quadam columna RED. Capuae AVG. MET.; ad S. Andream addit RED.

SENATVS  
 POPVLVSQVE  
 ROMANVS

Duo exempla supersunt, alterum codicis Rediani f. 114' n. 37 et apud Iucundum rec. 3 (cod. Cicognae) inter Campanas n. 32 (adhaerens ad n. 3909) et apud Laelium Taurellum in Metellianis cod. Vat. 6039 f. 368, alterum Augustini Tyferni cod. Vind. 3528 f. 50' et apud Peutingerum cod. 527 f. 7'.  
 'Reliqua non poterant legi' addit Aug.